





14

1775, 26.

QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI  
AN

CONDICI POSSIT  
TANQVAM INDEBITVM,  
QVOD ALIENO SOLO  
INAEDIFICATVM EST

AD

IVLIANVM IN L. XXXIII. P. DE CONDICT. INDEBITI

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISVURGENS.

SOCIO

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XXII. IVLII ANNO MDCCCLXXV.

DEFENDET

CHRISTIANVS AVGVSTVS MOLDAVIVS

CAMITIO-LVSAT.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



181



IN AVDITIO IURIDICO  
D. CHRISTOPH. WOLFFI  
DE IURIS CONTOVERSIIS  
CONDICIT POSSIT  
TANOVAM INDICTIONEM  
QUOD ALIQUANDO  
MEDICINAM EST  
AD  
MAGISTRI P. B. DE COND. DE  
OVM  
MAGISTRI ICTORVM CROMVS OVM  
D. CHRISTOPH. WOLFFI  
IN AVDITIO IURIDICO  
D. CHRISTOPH. WOLFFI  
DE IURIS CONTOVERSIIS  
CONDICIT POSSIT  
TANOVAM INDICTIONEM  
QUOD ALIQUANDO  
MEDICINAM EST  
AD  
MAGISTRI P. B. DE COND. DE  
OVM  
MAGISTRI ICTORVM CROMVS OVM





AN  
CONDICI POSSIT  
TANQVAM INDEBITVM  
QVOD ALIENO SOLO  
INAEDIFICATVM EST

A D  
IULIANVM IN L. XXXIII. P. DE CONDICT. INDEBIT.

§. I.  
**M**irum sane, nullam esse ei proditam actionem, qui ex errore ex sua materia in alieno solo aedificauerat, cum de tigno iuncto actio ei data, cuius materia suo solo quis inaedificauerat. Cederem, si ei negaretur, qui sciens malaque fide inaedificat ex sua materia; at quid ei obiiciatur, qui ex errore in alterius solo aedificium posuerat? Nec tamen agere poterit, cum nulla agendi formula antiquo iure concepta fuerat. At quid? non ne videtur is, qui ex errore in alieno solo aedificauerat, ei similis, qui indebite soluerat. Nam primo error in eo est, qui aedificat

dificat, nec probabile est eum alieno solo aedificium imposturum, si sciuerit, alienum esse solum. At in indebiti conditione error facti prima est causa. Dein cum PAPIANVS in L. 66.  $\pi.$  de cond. indeb. expresse scribat: *Haec conditio ex bono et aequo introducta, quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur, reuocare consuevit.* Quis vero neget, materiam meam ad exstruendum aedificium adhibitam, eo exstructo iam sine causa apud soli dominum fore, cum egomet obligatus non eram, qui ei aedificium in suo solo ex mea materia exstruerem, qui que indebite meam acquisiturus est materiam. Amplius POMPONIVS in L. 14.  $\pi.$  de condit. indebit. fundamentum exhibet conditionis indebiti, ubi scribit: *Nam hoc natura aequum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiozem.* At nemo negabit, soli dominum per aedificium ex mea materia suo solo impositum fieri locupletiozem, cum contra ego detrimentum patior, qui materiam amitto. Videtur itaque conditionis fundamentum exacte applicari posse in nostra causa.

§. II.

Forſitan et veteribus Iureconſultis haec dubitatio venit, quare et IULIANVS in L. 33.  $\pi.$  de Condit. indeb. quaestio- nem hanc decidit: verba ipsius sunt: *Si in area tua aedificaf- sem, et tu aedes possideres: conditio locum non habebit: quia nullum negotium inter nos contraheretur. Nam is, qui non de- bitam pecuniam soluerit, hoc ipso aliquid negotii gerit; cum au- tem aedificium in area sua ab alio positum dominus occupat, nul- lum negotium contrahit. Sed et si is, qui in aliena area aedificaf- set, ipse possessionem tradidisset: conditionem non habebit: quia nihil accipientis faceret, sed suam rem dominus habere inci- piat. Et ideo constat, si quis cum existimaret, se heredem esse, insulam hereditariam fulisset: nullo alio modo, quam per reten- tionem impensas seruare posse.*

§. III.



## §. III.

Patet ex hoc ipso *Iuliani* fragmento, *negari* inaedificanti ad repetendas impensas materiae aedificii alieno solo *impositi indebiti conditionem*. Sed quamuis ita *Iulianus* sentiat, videndum tamen est, quam habeat decidendi rationem, quantumque ea cum legum analogia conveniat. Prima, quam habet, species ea est, cum alter in alieno solo ex sua materia aedificauerat, dominus vero soli exaedificatum possideret, cum illud occupasset, (hanc enim primam speciem esse, ostendunt fragmenti verba: *in area sua ab alio positum dominus occupat*) et pronunciat: *conditio locum non habebit*. Causam vero quaerit in ipsa natura solutionis indebiti: *quia nullum negotium inter nos contraheretur*. At vero, si Imperatorem *IUSTINIANVM* in §. 7. *I. de oblig. quae quasi ex contractu nasc.* audiamus non videtur adaequata illa causa. Nam expresse adfirmat, *si certio rem rationem sequamur, magis ex distractu quam ex contractu possit dici obligatus esse, nam qui soluendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut distrahat*. Quomodo ergo dicat *Iulianus* indebitum soluendo, *negotium contrahi*, cum Imperator *Iustinianus* verius dicat *negotium distrahi*. Sed his non obstantibus verior videtur sententia *Iuliani*. Cum enim Imperator adserat, distrahi negotium, respicit utriusque ad solventis et accipientis intentionem, quod negari haud potest, quia utriusque in eo versantur errore, existere videlicet inter eos obligationem. Contra *Iulianus* ad effectum solutionis indebiti magis respicit et hoc factum solutionis indebiti per *negotium contrahere* vel *gerere* exponit, et his indicat, quod *Iustinianus* exprimit, *quasi ex contractu debere videtur*. Si vero in indebiti conditione solutionis et acceptionis facta quasi consensus ex Legum auctoritate comprehendunt, ex quo dein deducitur obligatio, quae parit conditionem, recte negat *Iulianus* negotium contrahi. Is enim qui aedificat, non ideo aedificat, ut aedificium



cium velit esse alterius, sed sibi met ipsi aedificare se credit. Deest ergo consensus seu causa, ex qua obligatio conditionem producens deduci potest. Is autem qui fundum occupat aedificatum, nihil facit, quo obligatio possit oriri quasi indebitum accipiendo. Suum enim occupat, quippe quod solo inaedificatum, solo cedit. Cum itaque suum habet, unde condicatur indebitum?

§. IV.

Pergit Iureconsultus ad alteram speciem, videlicet, si ipse inaedificans possessionem soli domino dederit, et negat, et hic negotium contrahi, scilicet tale interuenire dando accipiendoque negotium, ex quo dein obligatio ea, quae in indebiti conditione requiritur, deduci possit. Negat ergo et hac specie conditionem addita ratione, *quia nihil accipientis faceret*. At utique videtur possessionem facere accipientis, quippe antequam domino soli traderet, possessionem dominus non habebat. Sed salua res est; non enim sola possessionis concessio efficit, ut conditioni locus sit, sed debet indebitum esse. Iam vero recte Iulianus addit: *sed suam rem dominus habere incipiat*. Cum itaque suum, non vero indebitum adsit, iure enim accessionis materia illa aliena simulac solo accedit, statim fit domini soli, indebitum re-peti nequit: inaedificando enim alieno solo proprietatem materiae amittit.

§. V.

Cum itaque conditione indebiti nihil peti possit, cum omne, quod habuerat ius, in materia amiserat, aliaque non prodita esset actio ad petendam materiae inaedificatae aestimationem, qualis contra eum legibus ipsi decemuiralibus introducta, qui alienam suo iunxerat aedificio, videlicet de tigno iuncto, solam *retentionem* Iureconsultus medium legitimum iudicat, ad *impensas* consequendas seu seruandas, quae  
impensae



impensae non tantum aestimationem materiae continent, sed ad quas etiam referuntur mercedes operariorum, teste CAIO in *L. 7. §. 12. π. de Acquir. Rer. Dom.* quas et, qui mala fide inaedificauit, repetere poterit. Nullam vero actionem datam esse ciuili iure ad materiae aestimationem consequendam, siue possideat inaedificans, siue soli dominus, testatur Iulianus *l. c. 33.* verbis: *et ideo constat, si quis, cum existimaret, se heredem esse et infulam hereditariam fulisset, NVLLO ALIO MODO, quam per retentionem impensas seruare posse.*

§. VI.

Quapropter inuitis legibus ciuilibus Pragmatici ei, qui non possidet, ad aestimationem materiae et impensas consequendas, vel actionem vtilem negotiorum gestorum contrariam, vel in factum concedunt, vt testatur BERGERVS in *Oecom. Iur. L. II. Tit. II. Thes. XVI.* qui et leges allegat, quarum argumento vtramque actionem concedendam esse probaturus est. Sed neque ex *L. 6. §. 3. π. de Neg. gest.* vsus actionis negotiorum gestorum utilis in nostra specie probari potest, quippe quod caput tantum agit de eo, qui vere negotia gerit, sed non ea intentione, vt negotii domini contemplatione gerat, potius, vt sibi lucrum quaerat; quod vero de eo dici nequit, qui animum habet, sibi ex sua materia aedificium exstruere, errans, quam alienum solum suum habet. Hic enim ne quidem cum negotiorum gestore comparari potest, cum in negotiorum gestore intentio alterius negotia gerendi adesse debet. Nec melior est probatio ex *L. 23. §. 4. π. de Rei Vind.* petita; in hoc capite exceptio doli quidem possidenti contra vindicantem conceditur, nulla vero ibi fundata in factum actio. Sed grauior est error MENCKENII in *Theor. et Prax. Pand. L. XLI. Tit. I. §. 30.* qui *indebiti conditionem* adeo incerti domino materiae in alieno solo aedificanti tribuit, contra autoritatem Iuliani et ipsius Iuris rationem



rationem. Neque quas adducit leges, hanc probabunt opinionem. *L. 15. §. 1. π. de cond. indeb.* enim de possessione condicenda agit, at si possessionem me debere errans crediderim. Non vero errat, qui possessionem aedificii alteri concedit quod in eius solo aedificauerat, scit enim alterius esse aedificium accessionis iure et possessionem ad eum pertinere. Neque grauiora sunt argumenta ex *L. 40. §. 1. et L. 66. π. de condit. indeb.* petenda. Grauior sane debet auctoritas esse Iuliani conditionem indebiti negantis, quamuis haud negem ex aequitate solum hodie in factum esse concedendam actionem, ciuilibus legibus haud fundatam, ne alter alterius detrimento fiat locuples, vel extra ordinem aedificanti in alieno solo ad implorationem esse succurrendum.



Leipzig, Diss., 1775 A17

ULB Halle

003 719 030


3



SB

1775





14

1775, 26.

QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI  
AN  
CONDICI POSSIT  
TANQVAM INDEBITVM,  
QVOD ALIENO SOLO

INAEDIFICATVM EST  
AD  
IVLIANVM IN L. XXXIII. P. DE CONDUCT. INDEBITI

181

QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING  
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.  
SOCIO

IN AVDITORIO IVRIDICO  
DIE XXII. IVLII ANNO MDCCCLXXV.  
DEFENDET

CHRISTIANVS AVGVSTVS MOLDAVIVS  
CAMITIO-LVSAT.

LIPSI AE  
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

